Récits anecdotiques et moraux extraits de Cicéron

Une alerte à Agrigente

Verrès, préteur en Sicile, s'était fait toute une collection de statues et de tableaux, en volant les maisons particulières et les temples des dieux.

Herculis templum ᵉst apud Agrigentīnōs[1] nōn longē ā forō, sānē sānctᵘᵐ apud illōs, et religiōsum. Ibi ᵉst ex ære simulācrum ipsīus Herculis, quō nōn facile dīxerim[2] quicquam mē vīdisse pulchrius — tametsī nōn tam multᵘᵐ in istīs rēbus[3] intellegō, quam multa vīdī — usquᵉ eō, jūdicēs, ut rictᵘᵐ ejjus ac mentum paulō sit attrītius, quod in precibus et grātulātiōnibus nōn sōlᵘᵐ id venerārī : vērᵘᵐ etiᵃᵐ ōsculārī solent.

Ad hoc templum, cᵘᵐ esset [4]istᵉ Agrigentī, duce Tīmarchide[5], repente nocte intempestā, servōrᵘᵐ armatōrum fit concursus atquᵉ impetus. Clāmor ā vigilibus fānīque cūstōdibus tollitur ; quī prīmō, cum obsisterᵉ ac dēfendere cōnārentur, male mulcātī clāvīs ac fustibus repelluntur. Posteā,

1. Agrigente, grande ville sur la côte méridionale de la Sicile.

2. *Nōn dīxerim.* Cicéron vient lui-même d'être questeur en Sicile, quand il accuse Verrès au nom des Siciliens.

3. *Istīs rēbus*, ces choses d'art.

4. *Iste*, Verrès.

5. Timarchide, affranchi et agent de Verrès.

convulsīs repāgulīs effrāctīsque valvīs, dēmōlīrī sign^{um}, ac vectibus labefactāre cōnantur.

Intereā, ex clāmōre, fāma tōt^{ā} urbe percrebruit expugnārī deōs patriōs, nōn hosti^{um} adventū necopīnātō, neque repentīnō prædōn^{um} impetū, sed ex dom^{ō} atque ex cohorte prætōriā manum fugitīvōr^{um} īnstrūct^{am} armātamque vēnisse. Nēm^{ō} Agrigentī nequ^{e} ætāte tam adfectā, neque vīribus tam īnfirmis fuit quī nōn illā nocte, eō nūntiō excitātus, surrēxerit, tēlumque quod cu‿ique fors offerēbat arripuerit.

Itaque brevī tempor^{e} ad fān^{um} ex urbe tōtā concurritur. Hōr^{am} amplius jam[6], in dēmōliendō signō permult^{ī} hominēs mōliebantur ; illud, intereā nūllā labābat ex parte, c^{um} aliī vectibus subjectīs cōnārentur commovēre, aliī dēligātum, omnibus membrīs raper^{e} ad sē fūnibus. Ac repent^{e} Agrigentīnī concurrunt ; fit magna lapidātiō ; dant sēs^{ē} in fugam istīus præclār^{ī} imperātōris nocturnī mīlitēs. Duo tamen sigilla perparvula tollunt, n^{ē} omnīn^{ō} inānēs ad istum prædōnem religiōnum revertantur.

(*Dē signīs*, 94)

6. *Hōram amplius jam,* depuis plus d'une heure déjà.